



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

6. Mauritij & filiorum ac vxoris & filiarum luctuosa mors.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

flate jurgauit. Ac quarenti, quo is esset ingenio; respondebat, esse hominem timidum, atque ferocem. Tum Imperator, Si, inquit, timidus est, homicida est, narravitque Philippico insomnium. Vides ergo Domine, ait ille, DEV M nulla littera excidere? Ea nocte in calo visus est cometa, qui à glady forma Xiphias dicitur. Postridie Magistrinus, quem ad hoc ablegaverat Mauritius, venit, à Sanctis hoc respondsum ferens: Probat DEVS resipiscientiam tuam, & animam salutem donata teque, cum tota familia inter Sanctos reponit: sed Imperium cum dedecore, & periculis amittes. His auditis, Mauritius Deum magnopere prædicauit.

Ceterum Petrum, qui exercitum ducebat, missis litteris, cum juberet Istro trajecto in hostico milites in hybernis habere, multitudo ea recognita seditionem mouit: & Phocam Centurionem in scutum sublatum, ducem exercitus creauit, atque faustis acclamationibus salutauit. Quod ubi sensit Petrus, Byzantium elapsus, certioremea de re Imperatorem fecit. Ergo Mauritius media nocte, habitu priuati, cocomitatem concendit cum uxore & liberis, ac urbe profugit: atque ortate tempestate, agre ad S. Antoniūm saluus delatus est. Eademque nocte, eum articulorum dolor & podagra corripuerunt. Prasini vero in Regium egredi, magnis gratulationibus tyrannum Phocam honorauerunt, persuaseruntque, ut in Hebdomum veniret. Eò Patriarcha Cyriacus cum senatu exiuerunt, & Patriarcha ab eo sponsoriem exegit, qua Confessionem verae fidei stabiliret affirmaretque se Ecclesiam à turbis immunem conservaturum. Ita ergo Phocas in Ioannis Baptista ade Imperator renuntiatur, hominique malo & tyranno sceptrum committitur, & calamitas patrie felix Imperium occupat: quod initium fuit magnorum, quibus res Romana aterria est, malorum. Biduo post Phocas curru Imperiali in Regiam adiectus est, ac quinta die Leontiam uxorem suam, coronam impositam, Augustam nuncupauit. Cum autem tyranus in vicere esset, as de loci prærogativa inter partes contendetur populus in tumultu vociferatus est: Interrogetur Mauritius: non enim mortuus est, sed vixit. Eo Phocas ad cadavem Mauritij excitatus, missis famulis, eum ad portum Eutropij adduci jubet. Primò quinq[ue] filij masculi patre Mauritio intuente, necatisunt, qui in calamitate ista, veram adhibens Philosophiam, identidem verba hac repetebat: IVSTVS ES DOMINE, ET IUDICIA TUA IVSTA SVNT. Ita ergo Mauritius Epitaphij

uix loco habuit, liberorum cadem. In tanta autem calamitate virtus  
tem exercuit. Cum enim nutrix unum de regiis pueris suffurata, suū  
pro eo iugulandum exhiberet, non est hoc passus Mauritius, sed suum  
promis iugis. Ac ferunt quidam, eo iugulato puer, crux mixtum  
lac effluxisse de vulnere, qua res luctum omnibus grauem attulerit:  
tandem ipse quoque Mauritius, cum lege naturæ superiorem se gesisset,  
occisus est. Capitaliorum in campum iuxta tribunal abiecta, cum iam  
fæterent, tolli Phocas permisit, si quis eam rem curaret. Christiani er-  
go eacum truncis humarunt in fano Sancti Mamantis, prope portam  
*Xylocercam*. Alius adhuc supererat Mauritij filius Theodosius no-  
mine ad Chosrhoem legatus, quem itidem innocentem, & inno-  
centiae protestationem facientem, saxoque pectus percutientem,  
capite plecti jussit Phocas. Qui etiam anno quinto postea mul-  
tos Mauritij amicos necauit, & cremauit. Constantinam cum tribus  
filiabus in portu Eutropij, ubi & Mauritius fuerat occisus, capitibus  
truncavit: multos quoque insignes viros de Palatio, & inferioris ordi-  
nis innumeros interfecit. Adeò diu & latè se se extendit poena à  
Deo in Mauritium constituta poenitentem.

## VII.

Quem non, etiam ferreum, tam miseranda clades percalle-  
ret? Tot victoriarum Imperator? è tanto fastigio? à suo milite?  
fugatur? capit? quinquies in filijs suis pater moritur? sextam  
mortem ipse excipit? nec vult tenerimum natorum superesse,  
per fraudem; cui, præ suo gnato, nutrix ipsa voluit parcere,  
dum natura reluctando, è se suisque visceribus prognatum car-  
nifici obiicit. Sed agnouit hostiam succidaneam Imperator, &  
quamvis prolem suam innocentē diligenter, noluit tamen lanienz  
obiici alienam. *Ego sum, inquietab, qui peccavi, ego luam.* Et  
quia peccatum meum non potest vna morte expiari, sexies mor-  
riar. Et statuit hoc Deus. Numquid hæc fors dura fuit? & ta-  
men insta fuit, Mauritio judicia Dei agnoscente, atque loco ciu-  
lationis, & muliebris questus identidem dicente: *IUSTVS ES,*  
*DOMINE, ET IUDICIA TUA IUSTA SVNT.* Non ille sortis duri-  
tiam, non Dei seueritatem accusauit. Discite hic, mortales, in  
aduersis, execrationes non serere, nec ponere in cælum os ve-  
strum. Misericordia Dei est, si lauiat in hoc Mundo; seueritas  
& ira grandis, si pœnam differens parcat delinquenti. Itaque  
quicunq;